



# The Holy See

---

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM CONSTITUTIO APOSTOLICA **REIPUBLICAE CECHAE SEU PRAGEN.**

**PRO FIDELIBUS BYZANTINI RITUS\*** EXARCHIA APOSTOLICA PRO CHRISTIFIDELIBUS BYZANTINI

RITUS IN REPUBLICA CECHA COMMORANTIBUS CONSTITUITUR Quo aptius consuleretur spirituali saluti atque regimini Christifidelium Byzantini ritus in Republica Cechia commorantium, Nos, uti Successores beati Petri de totius Dominici gregis bono solliciti, audito Venerabili Fratre Nostro Angelo S.R.E. Cardinale Sodano, Secretario Status, in Audientia die duodevicesimo mensis Ianuarii hoc anno illi concessa, Exarchiam Apostolicam pro iisdem censuimus esse condendam. Summa igitur Apostolica potestate, quadam detracta parte territorii ab Eparchia Presoviensi, novam constituimus *Exarchiam Apostolicam pro Christifidelibus Byzantini ritus in Republica Cechia*, cuius Sedem in urbe Praga ponit iubemus suam habentem Cathedram ecclesiam in templo Sancto Clementi Papae dicato, cunctis factis propriis iuribus atque obligationibus. Haec omnia reliqua secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium temperentur. Insuper de eodem absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus nihil obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nonagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.*

ANGELUS card. SODANO <i>Secretarius Status</i>	ACHILLES card. SILVESTRINI <i>Congr. pro Eccl. Orient. Praef.</i>
---	--

ANGELUS card. SODANO  
*Secretarius Status*

ACHILLES card. SILVESTRINI  
*Congr. pro Eccl. Orient. Praef.*

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*

Franciscus Chiarri, *Protonot.*

---

*Apost.*

\*A.A.S., vol. LXXXVIII (1996), n. 7, pp. 614 © Copyright 1996 - Libreria Editrice Vaticana

---